University of the Pacific
Scholarly Commons

Euler Archive - All Works | Euler Archive

1745

Problema geometricum propositum publice ab Anonymo Geometra

Leonhard Euler

Follow this and additional works at: https://scholarlycommons.pacific.edu/euler-works

Part of the Mathematics Commons

Record Created:
2018-09-25

Recommended Citation

Euler, Leonhard, "Problema geometricum propositum publice ab Anonymo Geometra" (1745). *Euler Archive - All Works*. 79.
https://scholarlycommons.pacific.edu/euler-works/79

This Article is brought to you for free and open access by the Euler Archive at Scholarly Commons. It has been accepted for inclusion in Euler Archive - All Works by an authorized administrator of Scholarly Commons. For more information, please contact mgibney@pacific.edu.

NOVA ACTA ERUDITORUM, ANNO MDCCXLV publicata.

Cum S. Cæſareæ Majeſtatis & Regis Pol. atque Electoris Saxoniæ Privilegiis.

LIPSIÆ,

Proſtant apud JO. FRID. GLEDITSCHIUM, & B. LANCKISII hæredes.

Venduntur etiam Romæ apud PAGLIARINOS, Venetiis apud JO. BAPT. ALBRIZZIUM & SEBAST. COLETUM, Pariſiis apud BRIASSONUM, Ultrajecti apud JO. BROEDFLETUM, Lugduni Batavorum apud SAM. LUCHTMANSIUM, & Amſtelodami in WAESBERGIORUM & WETSTENII officinis.

LITERIS LANGENHEMIANIS,

MDCCXLV.

PROBLEMA GEOMETRICUM, PROPOSITUM publice ab Anonymo Geometra.

Propoſito puncto lucido *F* invenire omnes curvas *AMBN* hujus naturæ, ut ſinguli radii ex *F* egreſſi poſt duplicem reflexionem in *M* & *N* in idem punctum *F* revertantur. Primum quidem perſpicuum eſt, omnes ellipſes, quæ in *F* habeant alterutrum focum, quæſito ſatisfacere. Sed præterea dantur innumerabiles aliæ curvæ, eadem indole gaudentes, quarum inveſtigatio limites analyſeos non parum extendere videtur. TAB. III Fig. 3.

CHRISTIANI WOLFII, UNIVERSITATis Halenſis Cancellarii, Monitum de libro, qui nuperrime in Batavia prodiit ſub titulo: La Decouverte de la Verité & le Monde detrompé à l' égard de la Philoſophie & de la Religion.

Cum haud ita pridem in Novellis, quæ Hagæ Comitum publicantur, legerem, prodiiſſe ibidem ſumtibus Autoris librum, cui titulus: *La Decouverte de la Verité & le Monde detrompé à l' égard de la Philoſophie & de la Religion*, & me eundem approbaſſe; miratus ſum, qua fide dicatur, me approbaſſe librum, quem MStum nunquam videram, multo minus legeram, immo cujus ne quidem titulus mihi notus erat. Poſtquam vero ex amico intellexeram, *Hazfeldum* eſſe Autorem; memoria mihi ſubiit, ante aliquot annos hunc Berolino, literis commendatitiis inſtructum, ad me veniſſe, & a me petiiſſe, ut ſubſcriberem libro, ſuis ſumtibus edendo, in quo inſufficientiam principiorum Philoſophiæ *Neutonianæ* & *Carteſianæ* demonſtraturus ſit, qui vero tunc temporis nondum erat ſcriptus, ſed ſcribendus. Quoniam inſtitutum Autoris non inutile judicabam ad reprimendum ſectæ ſtudium veritati indagandæ inimicum; facile adduci me paſſus ſum, ut, commendationi ſatisfacturus, ſubſcriptioni nominis adjicerem hæc verba: me iſtiusmodi librum non indignum judicare, qui imprimatur.